



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Ivlii Cæsarisi|| Scaligeri|| Epistolæ|| &|| Orationes||**

**Scaliger, Julius Caesar**

**Lugduni Batavorum, 1600**

Carolo Sevino XV.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70455](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-70455)

propensissimum in se animum & studium  
non tam ciuitas nostra , sed tota etiam  
Aquitania, consilii, fidei, animi magnitudi-  
nis fructum vniuersa Gallia antea s̄epen-  
mero experta est : Gallici nominis hostes  
armorum fortitudinē senserunt. Per quo-  
rum vestigia tu ipse ut nominis , sic verus  
illorum virtutis hærcs ad ipsum summum  
laudis & gloriæ fastigium pleno iam gradu  
contendis. Hunc igitur , Godofride nobis-  
sime , libellum tuo nomini dicatum  
atque animo accipe : auctoremque tam fa-  
cile complectere , quam is amplitudinem  
tuam omni studio colit atque obseruat.  
Vale.

## CAROLO SEVINO XV.

Cum nihil mihi maius optarem dari;  
quam vt locorum interuallo intercep-  
ta tecum colloquendi facultas literis sal-  
tem tuis repræsentaretur: nihil tamen mi-  
nus sperare audebam. quoniam & cæli tra-  
ctus , & tempestatum importunitas auge-  
bant difficultates. Quo mihi iucundiores  
fuere literæ tuæ , quæ & consuetudinem  
nostram instaurarunt incæptæ amicitiæ , &  
ex insperato obtulerunt mihi elegantiam

F illam

illam tuorum morum iisdem expressam  
lincamentis, quibus coram te ipse præ te  
ferre cosuecras. Quanquam igitur in ani-  
mum induxeram, nequid ineptiarum mea-  
rum palam insoleceret, abstinebamque  
ab hoc scribendi officio, tanquam a vperi-  
nis carnibus, ne ab istis Criticis ventilare  
tamen vel tua humanitas, qua me pro-  
uocasti, vel tuorum morum integritas,  
quam mihi multa condonaturam spero,  
vel in literarum monumentis auctoritas,  
cuius præsidio fretum me sentio, ad id im-  
pulerunt, ut vel nolens raperer in eam  
partem, unde consulto iamdiu pedem  
retulcram. Cumque nihil esset mihi præ-  
sto, quod ad te scriberem, tantoque ma-  
iore angustia rei premerer literariæ, ita me  
comparaui, ut id saltem scires, ne nihil esse  
arbitrareris in me, quod indulgentia tua  
dignum minime iudicares. Epigramma-  
tis tuis nihil falsius. quamobrem valde te  
amo. Vale. Agenni. Tertio Idus Decemb.

*Julius Cæsar Scaliger.*

CAROLO